

irregularitatem civitates destruuntur¹³⁷. Unde statutum fuit in quibusdam civitatibus quod nulli liceret vendere possessiones suas nisi pro manifesto infortunio, quia si possessiones partim vendantur continget quod omnes possessiones deveniant ad paucos et ita necesse erit civitatem vel regionem habitatoribus vacuari¹³⁸.

¶ Item ut dicit Philosophus in tercio politice¹³⁹ statutum fuit in aliquibus civitatibus quod nulli subito reciperetur in civem nisi qui ab avo vel proavo esset civis quia noviter recepti extranei non presumuntur habere firmatum amorem ad bonum commune patrie, unde tales in consiliis et agendis possent inducere periculum civitati¹⁴⁰. ¶ Item sicut dicit Philosophus in tercio politice¹⁴¹ dupliciter dicitur aliquis civis, secundum quid et simpliciter. Secundum quid dicitur civis qui inhabitat civitatem et vendit et emit et contrahit cum ceteris omnibus. Simpliciter autem qui habet personam dandi consilium et suscipiendi negotia communia civitatis¹⁴².

¶ Tullius in Rethorica octo sunt genera penarum apud latinos: dampna, exilium, vinculum, carcer, flagella, excredi, cruciari, deponi, mors^m¹⁴³.

[f. 35va] ¶ Quod necesse est omnes homines regi abⁿ aliquo in quacunque vitaⁿ¹⁴⁴.

l) Es folgt die Notiz: ¶ Est igitur verecundia etc. m) Es folgt auf f. 1v ein Gedicht: Digna satis studio vel perpendenda putamus ... n-n) Späterer Zusatz, auf Rasur.

137) *Sth I-II*, 105, 2, *corpus articuli* (S. 265).

138) *Pol. II*, 7 (1266b 19–21); *Sth I-II*, 105, 2, *ad tert. arg.* (S. 267).

139) *Pol. III*, 2 (1275b 22–24).

140) *Sth I-II*, 105, 3, *corpus articuli* (S. 269).

141) *Pol. III*, 1 (1275a 5–23) u. *III*, 5 (1278a 2).

142) *Sth I-II*, 105, 3 *ad sec. arg.* (S. 270); Secundum quod dicit Philosophus tertio Politicorum, civis dicitur aliquis in civitate duobus modis ... *ERP III*, c. 21 (S. 72).

143) *Sth I-II*, 105, 2, *arg. 10* (S. 264). Ähnliche Listen von acht Straftaten in Engelberts Handschrift: *Cod. 608*, f. 25v u. 26r, vgl. FOWLER, *Manuscript* (wie *Anm. 35*) 45, S. 244 mit *Anm. (a)*; *Admont Cod. 421*, f. 88r.

144) Quod necesse est, omnes status hominum regi ab aliquo. *ERP I*, c. 2 (S. 9).